ի eſt præpoſitio Ablativi, ut verbi cauſâ ի Սատանայէ à Satana, Սատանայ originem trahit à vocabulo hebraico שטן Satan, adverſarius; Cur autem Haicana natio peregrinis utatur vocibus ex ratione Moÿſis Choronenſis abundè oſtenditur, ſiquidem olim diverſarum nationum populi Armeniam ingreſſi ſunt, eamquè varijs bellorum generibus impetiêre, ibidemque domicilia ſua fixêre, abs quibus poſtmodum Armeni variorum idiomatum vocabula hauſêre, atque vernaculæ ſuæ linguæ dialecto introduxêre.

Եւ յաղթեալ Նմա: Եւ eſt conjunctio copulativa Et. յաղթեալ Viciſſe eſt præteritum tempus infinitivi modo primæ conjugationis à verbo activo յաղթել vincere. Նմա verò eſt pronomen perſonale in accuſativo caſu poſitum, ſic e.g. ipſum, eum. etc.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 1513, p. p.%2087 – <i>Confessio fidei Armenicæ ecclesiæ</i> in Armenian and Latin (http://www.e-codices.ch/en/csg/1513/p.%2087)